

Et cepit cor eius sollicitus esse in
 zelo timoris domini. Post tres autē
 dies: dixit Pasuntius ad abbatē
 Veni pater ut te salutet ancilla tua
 et ora pro ea quod ambulare volu-
 mus in ciuitate. Cū autē remissus
 Abbas piecit se ad pedes eius di-
 ces. Obsecro te ora pro me ut lu-
 tretur deus animā meā. Extēditque
 manū suam et benedixit eis di-
 cens. Deus qui agnoscis hominē
 antequā nascatur tu huius ancille tue
 curam habere digneris ut mere-
 atur portionē et sortium in regno
 celorum. Et commendantes se sem-
 abierunt in ciuitatem. Pater vero
 eius si aliquādo inueniret mona-
 chum adducebat ad domum
 suā: petēs ut oraret pro ea. Vno
 autē die Anniversario quod ordiatus
 est Abbas monasterij de quo supra
 diximus misit abbas unum ex fra-
 tribus ad Pasuntium ut inuicaret
 eum ad sollempnitatem abbatis.
 Qui abiēs in domū eius requisit
 inuenit eum. Pueri autē dixerunt Pro-
 cessit. Audiēs autē Eufrosina et
 aduocans illū fratrem cepit in ter-
 rogare eum. Dic mihi pro carita-
 te domine fratris quanti frater es
 in monasterio. At ille dixit Tre-
 centi quinquaginta duo. Dixit ei pu-
 ella. Qui voluerit illuc venire ad-
 ueriones suscipit illum abbas
 vester. Respondit ei. Etiam cum
 gaudio magno suscipit illū max-
 ime propter vocem domini que dicit
 Qui venit ad me non eiciatur foras.
 Dicit ei Eufrosina. Omnes in
 vestra ecclia psallitis equaliter et
 ieiunatis. Dicit ei monachus. Ille

Coister quidem psallimus. ieiunat
 vero unusquisque quantum uult aut
 quantum ualet ut non fiat contra
 maiorem uoluntatem conuersationis. Sed pro
 proprio arbitrio et spontanea uolun-
 tate. Omnes scrutans monachorum
 religionem ait. Dolebam abire et
 puenire ad huius inenarrabilem
 uitam. Sed timeo esse inobedi-
 ens patri meo: qui pro uana et
 caduca huius seculi substantia au-
 pit me tradere uiro. Dicit ei mo-
 chus. Soror non permittas ut pol-
 luat homo corpus tuum et tale pulchri-
 tudinem pati opprobrium: sed despo-
 sate christo qui tibi potest pro om-
 nibus istis transitorijs dare regnum
 celorum et cum angelis consortium.
 Occulte autē exiens uade in mo-
 nasterium mutato habitu seculari in-
 dutaque veste monachali ut possis
 euadere. Que cum audisset placuit
 ei et dixit ad eum. Et quis est qui
 me habet tradere. Dolebat enim
 a laica que non habet fidem. Dicit
 ei monachus ille. Ecce pater tuus
 uenit mecum ad monasterium et
 faciet ibi tres dies aut quatuor.
 Tu autē adduc unum de mona-
 chis et qui uales occurret tibi cum
 gaudio magno. Hec et huius si-
 milia illo die ad Eufrosinam
 uenit Pasuntius et uidit monachum
 intro gaudique eum dicens. Quid ad
 nos fastidium uisisti domine. Dixit ad
 eum Anniversarij dies est abbatis
 monasterij: misitque pater ut uias
 et accipias benedictionem. Gau-
 sus autē Pasuntius ingressus est
 cum eo in nauiculam: abierunt
 que in monasterium. Cū autē essent